

</>

## **Aemilia Breteulia coniux Marchionis Du Chatellet**

Rationum pariter pondere & experientia testimoniis evinci potest, non tantum quae animis imperare docent, artes sequiorem sexum decere, sed eas quoque illum sibi vindicare posse, quibus constat ingenii elegantia, quam cum viris commune habere faeminas haud semel jussit naturae benevolentia, quamvis in contrariam opinionem haud pauci praejudicio admodum levi seducti soleant descendere. Nam nec caeli Invidia accusari potest, eas faeminis dotes minime denegatis, sine quibus in disciplinarum conclavia nemo penetrat, nec ingenii angustia objici, qua ad veritates rite perspiciendas minus aptae reddantur. Nec erraverit quisquam contendes, accepisse prae viris faeminas sensus in literis artibusque acute versantis excellentiam, imaginationis vigorem, ingeniique acumen, quibus in humanitatis disciplina & literis elegantioribus plurimum proficitur, & sine quo appertu non tot nobis poetrias omni fere aetate celeberrimum nomen supra viros efferentes enumerarent annals literarii. Nec feveriores, quas vocant, disciplinae adeo gravitatem prae se ferunt, ut, quod prima fronte videtur, locum sexui faeminarum plane non faciant. Licet enim in hoc quidem eruditionis stadio pauciores cum laude cucurrerint, quam in illo scientiarum ambitu, quae ingenii elegantia excoluntur: educationist amen praejudicio id accidisse censendum est, non animi imbecillitate, cum in primo aetatis vigore ad onia alia, quam ad disciplinarum severitatem, soleant adduci. Neque tamen exempla faeminarum desunt, quibus nec artis criticae molestia, nec calculi mathematici difficultas, nec lingarum orientalium peregrinitas obstitit, quo minus in his erudite & cum laude versarentur. Philosophia vero, qua non castius severiusque disciplinae genus est, a vertustissimo tempore mulieres philosophantes haud paucas enutrivit, & sapientum phronetisteris immiscuit. Gentes certe barbarae, Chaldaei, Persae, Indi, Aegypti, Celtae aliaeque locum facere faeminis in eruditorum & philosophorum choro, & facerdotio ideo illas praeficere nulli dubitarunt: Graecia vero ingenii philosophantis cultu inter omnes populos eminens, magno studio mulieres philosophantes coluit. Floret hodenium Cleobulina gloria, nec peribit sequioris sexus honor, quem ex Diotimae & Aspasiae, Platonem philosophiam docentium, fama olim cepit: quemque Academia faeminis Platonis philosophiam tradens auxit. Eadem Arets celebritas fuit, non patris magis Aristippi, quam scholae Cyrennaicae propagation nominis immortalitatem merentis. Pythagoream vero sectam totam cum auctore suo extinxisset Invidia, nisi Theano cum sororibus parentis mysteria conservavisset. Hipparchiam quoque de Cratetis severitate triumphavisse, Philaenin, Leontium & Themistamin hortis Epicuri ex philosophiae crateribus bibisse veteres testantur. Orientalis philosophiae antistitem Sofipatram fuisse tradit Eunapius; nec in aevi medii squalor & barbarie Manegaldo uxor filiaeque defuere, quae feveriores disciplinas, maxime philosophiam, frequentissimo auditorio traderent. Quae cum veteris medii aevi gloria fuerit, certe pudendum esset aetati nostrae in tanta eruditionis claritate & ingeniorum excellentia versanti, si inferiorem sibi in hac quoque parte vindicaret gloriam. Quod ne metuendum esset, effect divina

providential, qua a literarum restitution philosophiae quoque fontes faeminis patuere.

Et seculo quidem XVI. Tarquiniam Molziam laudavit Franciscus Patricius, quod praeter linguae Latinae Graecaeque usum, omnes philosophiae partes rite teneret, Platonique & Plutarcho familiariter adhaereret; ut alia hujus aetatis exempla praetereamus. Non tacendae tamen sunt ob purpurae fulgorem Elisabetha Platina, & Christina Suecorum regina, quam utramque philosophiae praeceptis instruxit Renatus Cartesius. Nostro vero seculo, adeo virorum severitatem sectatum est faeminarum ingenium, ut profundal magni Newtoni mysteria, quibus naturae arcana denudavit, ad captum explicare opus fuerit. Eandem fortem philosophia Leibniziana atque Wolfiana nacta est, cujus memorabile prorsus exemplum exhibit CHATELLETIA, philosophantium mulierum hodie celeberrima. Quam si una eruditionis elegantioris ornaret gloria, summum certe locum inter saeculi nostril ornamenta suo illa jure posceret. At illa sunt & majora, quibus nominis immortalitatem dudum meruit. Tanta enim ingenii perspicacia usa, ut difficillima geometriae problemata solveret, felicique a usu ab ea disciplina ad naturalem philosophiam progressa, Cartesii, Newtoni, Leibnizii, virorum summorum, placita didicit, expendit, inter se comparavit, & quid feligendum, quidve praefendum esset, accurate definivit. Unde non exigua Leibnizianae gloriae pars cesenda est, quod acutissimum illustrissimae mulieris ingenium ejus system a aliis praetulerit, eleganterque & < / > peripicue explicuerit & adversus viros subtilissimos, qui illud oppugnarunt, defenderit. Quo pacto cum haud levibus speciminibus humani ingenii ornamenta sibi vindicaverit, merito in pinacotheca scriptorium illustrium locum ei assignavimus.

Patrem habuit illustrissima faemina Bretevillium Baronem, matrem Frulaem Tesseam. Er ille quidem in aula Ludovici XIV. educatus, in qua elegantiam ingenii omnium admirationem meruisse constat, omnibus illis animi artibus formatus, omnibus ingenii ornamentis auctus est, quibus tot ea aetate viros summos in Gallia effloruisse meminimus. Magno id filiae emolumento accidit, quae cum naturae benevolentia insignes prorsus dotes & divitias animi excellentissimas accepisset, praematuram messem pollicendo, parenti calcar addidit, ut eam rite coleret; & justa institutione fructus suo tempore edendos perficeret. Aliam itaque viam eam ducendam ratus, quae a levitate jucunditatem humanitatis tantum sectante, & feminis diu jam imponente longius deflecteret, ad Latinae linguae usum, maribus hodie haud raro ignotum, patriique sermonis perfectionem, optimorum scriptorium exemplo confirmatam eam formari jussit; eo eventu ut in hujus quidem linguae usu nemini, etiam optimo, concederet. Deinde ad scientarium mathematicarum adyta deducta, cum magno ardore ad profundas meditationes raperetur, maximo studio his quoque sapientiae humanae partibus incaluit. At intellectus acie instructa, cum quae aliis difficilia sunt, ea facilia experiretur, sublimioris geometriae mysteria, abstractionesque subtilissimas facili negotio perspexit, summaque animi alacritate & celeritate difficultates solver, remque omnem intimo nexu perspicere gnara, summorum geometrarum [επιήματα](#) accurate didicit, & quod in muliere magnopere mirandum, problemata magnis quoque viris haud raro impervia admiranda felicitate solvit. Ista vero licet totum sibi hominem vindicet diligentia, impedire tamen non potuit, quo minus illis se artibus omnibus cupidissime traderet, quas

aut nativitatis & dignitatis sors atque condition, aut humanae societatis regulae postulabant. Geometriae clave vero potita ad conclave naturae referendum conversa est; qua fini celeberrimorum philosophorum, quibus nostra aetas superbit, praecepta non curioso magis attento, quam acuto & libero perlustravit oculo. Si cel. Mairano fides, initio Cartesio favisse videtur. Ast cum profunde meditaretur, & in intimos veritatum nexus penetraret illustrissimae faeminiae intellectus, latere eam diu philosophi cetera summi quos admisit in naturali disciplina, errores non potuerunt. Quos tanto ingenii acumine detexit, ut postea solide atque elganter refelleret. Cumque magnus naturae interpret, illustris Newtonus, physiologiam Cartesianam solvendis naturae phaenomenis non sufficere demonstravisset, Nostra, quanta huic demonstration vis inesset, probe perspexit. At his ingenii vasti amplitudo non contenta rerumque naturam inspicere propius cupiens, ex principiis universalibus primis atque fundamentum rei pandentibus eas veritatis conclusiones derivari optavit, quae animo verum sitiendi satis facerent. Quae voluntas ut laude digna est, ita recta via illustrissimam faeminam ad Leibniziana placita deduxit, quibus novum systema inaedificavit, & integrum philosophiae aedificium excitavit celeberrimus Wolfius. Esse autem philosophiam Leibniziana atque Wolfianam obscuram atque intellectu difficilem pervulgata nuper haud paucorum querela fuit; at huic, quam possidebat Nostra, oculorum aciei Tenebrae nullae, nihil impervium, difficile in eat fuit nihil. Et maxime quidem capiebat animum solidam veritatem sevedum esse, veritatumque catenae inserendum. Hac enim via semel monstrata cum sublimiorem geometriam ducem elegisset, dici non potest, quot praejudiciis evertendis, quot rationibus, apparentibus quidem at falsis tamen, rejiciendis aptam se senserit. Didicerat vero cogitationum seriem naturali inter se nexu jungere, cunctaque summa perspicuitate illustrare; itaque factum est, ut omni spe & expectatione citius in philosophiae adyta magnis passibus penetraret, illuc perventura, quo paucis licet contingere.

Nacta porro anno CIC IC CC XXVI. Conjugem illustrissimum marchionem du Chatellet de l'Aumont, quae Lotharingica stirps est, plurimum ex hoc conjugio sensit incrementorum, quibus ingenio augetur. Quamvis enim aulae officiis toties morem gereret, quoties id vel decori ratio, vel conditionis fuae circumstantiae postulabant; favantem tamen, quam auspiciatissimum connubium suppeditabat, occasionem ad id adhibuit, ut lumina intellectus maxime in philosophia & mathesi augere posset. Et haec quidem potissima causa fuisse videtur, cur solitudinem & filentium turbae levitatieque, quae in consuetudine cum proceribus hodie regnat, praetulerit, eam sibi familiarum societatem deligendo, quae, licet exiguo numero constaret, ingenii tamen excellentia & sensu recto tantam, quae illi inest, virtutem deceret, quaeque ex luce, qua illustrare veritatem soler, plurimum proficeret. Ita Ciraeum, ubi sedem fixerat, philosophiae phrontisterium atque academia quaedam evasit, in qua earum quastionum enodatio admirabili claritate ingenii data peronuit, quibus maximi in Europa viri ab eo tempore intellectus aciem exercuere.

Hactenus sibi & amicis philospha fuisse illustrissima Chatelletia visa est; filio autem, matris vestigial egregiis conatibus prementi eundem cognitionis sensum instillare satigit; cum plus delectationis fua, quam aliorum, lumina augendo, caperet. Ab ea vero nonnullorum vanitate < / > longe abfuit, qui tamesti superficialia tantum erudition tincti sunt, plurimum detrimenti tamen pati

disciplinas credunt, nisi scriptorium numero se ingerant: nec hoc aestro percita ad arripiendum calamum properavit, quamvis plurimum divitiarum ingenii possideret, quas distribuere inter alios posset. Tandem amicorum cohorationibus victa, in filii usum institutions philosophiae naturalis scriber caepit, ut illam charissimo pignori viam ostenderet, qua ad hanc doctrinae gloriam & iudicii accurationem pervenisset. Ad ejus vero vires respiciens, geometriam quidem vulgarem tantum adhibuit, at ea amen soliditate cuncta perfecit, ut & ipsi magna inde gloria exurgeret, & lectori utilitas enasceretur maxima. Selegit autem, quod veritati proximum judicabat, systema Leibnizianum, a cel. Wolfio concinnatum ac in ordinem redactum, & justa complexum absolutum. Quod cum nemo facile intellexerit, nisi principia fundamentum sternentia prius rite assecutus fuerit, accurare in ipso limine explicuit, quid principium contradictionis esset rationisque sufficientis, tum indifcernibilium & continuitatis. Quibus rite explicates, discipulum manu quasi ducendo ex his fontibus demonstrationem existentiae, essentiae & attributorum DEI, tum rectum hypothesisium usum, notionisque spatii & temporis explicationem hausit. Deinde ad elementa materiae progressa, veritatem rerum simplicium, vimque qua statum suum semper immutant, exposuit, essentiamque corporis in extension, vi active, & inertia quaerendam, at accuratiores, quam vulgus solet, notions concipiendas esse docuit. Quae quamquam ad metaphysicam pertinent, attamen rectam viam ad naturae mysteria cognoscenda muniunt, quae his praemissis prorsus eleganter edifferuit. Tandem pro mensural virium vivarum secundum Leibnizii observations pugnavit. Quae quidem omnia cum veritates abstractas, metaphysicas, mechanicas, geometricas exhibeant, & hinc multa apud plerosque obscuritate & difficultate laborent, tanta tamen luce ab illustrissima muliere perfuse sunt, ut, certante cum perspicuitate eloquentiae dulcedine, miram inde elegantiam & certitudinem acquirerent. Has naturalis disciplinae institutions cum amici vidissent, indignum fore judicaverunt, si musei carceribus premerentur, rati, non adeo omnibus Gallis constare de Leibnizianorum placitorum veritate, ut non novis luminibus debeant illustrari. Horum itaque rationibus persuasa typis esse di passa est: quas vix viderat legeratque orbis eruditus, cum debitam illi laudem solveret. Ut enim Gallorum<sup>1</sup> iudicia taceamus, ipsa, in qua illa philosophia nata est, Germania in eam sententiam concessit, in eleganti nervisque pleno hoc metaphysicae physicaeque Leibnizianae compendio illustrissimam mulierem omnem, qua ex nativitatis, generisque & dignitatis forte fruitur, gloriam ingenii magnitudine & iudicii subtilitate superavisse, & oculis quasi subduxisse. Quae cum verissima sint, ea tamen modestia usa est, ut excusationem adderet, quod nihil novi excogitaverit; cum tamen non minus de Leibniziana philosophia meruerit, eam maxima luce perfundendo, quam si eam ipsa condidisset.

Tanta cum ingenii vastissimi acie in profundal philosophiae mysteria penetrante uteretur illustrissima Chatelletia, facilis illi labor fuit, ad ea problemata solvenda se accingere, quae maximis in Europa philosophis propofuerat academia scientiarum Parisiensis. Huic enim dissertationem transmisit de natura & propagatione ignis, qua magnae famae medici, illustris Boerhavi, sententiam de natura ignis simplices & incompressa multa luce perfudit. Quem vero locum ei feveri illi veritatis arbitri tribuerint, inde intelligi potest, quod Dignam eam

---

<sup>1</sup> Journ. Des Savans 1741. May. p.291.

judicaverintquam cum diatribis, quibus praemium addictum est, more fuotypis vulgarent, quo pacto participasse ex victorum gloria omnino fatendum est. Adversarium vero nacta est Chatelletia virum celeberrimum magnaue ingenii vi in Cartesianae philosophiae decretis roborandis versantem, Cl. Mairanum, qui academiae scientiarum ab epistolis chartisque est. Is enim cum observavisset, Nostram de viribus vivis earumque mensural philosophantem illis subscripsisse, quae Leibnizius vir summus rationibus & experientia ductus statuerat, opponenda sibi quaedam essem rationem & usu non destitute, censuit. Fecit id vir subtilissimus, magnaue cum laude in philosophia naturaliversatus es ratione, ut constaret, nosse se, quod contra illustrissimam mulierem, & fuae sortis splendore & eruditionis gloria coruscantem, calamum arripuisset. Hic cum honorem avitae nobilitati haberet, urgendum tamen argumentationibus & instandum acriter adversario censuit, ratus certam sibi victoriam fore. Ast except tela responditque ea ingenii alacritate, & vi, quam possidet, maxima, philosophantium mulierum decus istud, ut & ipse Mairanus fua vulnera sentiret, & qui fine partis studio certamini se arbitri interposuerunt, iudicarent, ante victoriam triumphum acutissimum Chatelletia adversarium cecinisse, qui tamen ab hoc hoste se victum esse, sine dubio inter trophaia retulerit. Maxime vero Germania vim iudicii maximam in hac controversia demonstratam admirata, pronuntiavit, non habuisse faeminam doctissimam in hac quidem eruditionis parte parem, nec habituram forte apud posteros, quae eam superaverit. Itaque plurimum cives nostri celeberrimae Gottschediae debent, quod epistolas has vernacular vulgando, ingenii Chatelletiani pulchritudinem & aciem civibus suis ostendit: optandumque, ut, quod amplissimum cum viris summis, Wolfio, Eulero, Maupertuisio, Bernoullio, Clairaulto, Iurino, Iaquerio, Musschenbroekio aliisque primi ordinis philosophis alit, epistolicum </ > commercium aliquando in vulgus edatur. Sed & merito in tanto illustrium meritorum eruditissimae mulieris cumulo elegantissimi Contii versiculis subscribimus, quos Musae hujus honori vernacular fua ita cecinit:

*Si d Vrania e d Amor qu' esta é la Figlia  
Cui del bel Globo la custodia diero  
L' infallibili Parche, e l sommo imperio  
Su tutta l' amorosa ampia Famiglia,  
Ad amore nel volto Ella s' imiglia  
Ad Vrania nel rapido pensiero  
ché sa dogn' Astro il moto ed il sentiero  
E onde argentea ana Lucea aurea, Vermiglia  
Non l' inganni, mi disse il franco Vate  
Ma costei non da Vrania e non da Amore  
Ma da Minerva ed Apollo ette i nateli  
Comme a Minerva a Lei furo svelate  
Lopre de Giove, e delle il Genitore  
Properle qu al oracolo a Mortali.*

Scripta illustrissima faemina haec sunt:

Institutions de physique, á Bruxelles 1737. 8. etiam Germ. Per Cl. De Steinwehr.  
Dissertation sur la nature & la propagation du feu, á Paris 1738. 1743.  
Reponse de Mad. la Marq. Du Chatellet au letter de Mr. De Mairan sur les forces  
vives 1741. Germ. Per Gottschediam Lipf. 1741.8.